Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



29

lieres dicit patri suo: Abba. ecce isti sunt qui
veniebant ad me nocte in scitu. Et ille dixit
ei: Isti sunt monachi de seculo filii alio autem habitu
utuntur isti. et heremite alio. Et miratur eum senex
quomodo et in scitu ostenderent ei demonesima
gines mulierum. et statim reversi sunt in cellam su
Fratrum quidam erat probatus temptationib; in scitu. AM
Huic immittit aduersarius commemorationem
mulieris cuiusdam pulchre in animo. et affligebat
eum valde. Contigit autem secundum dispensatio
nem ut alter fratrum descendens de egipto appli
caret in scitu. et cum loqueretur nunciaverunt ei qui
dam dicens: Vxor illius mortua est. Erat autem
ipsa mulier de qua fratrem ille inquietabatur. Quod cum
audisset vestimentum suum tulit nocte et ascen
dit ubi eam sepultam audierat. et fodit locum
et extersit cruorem putredinis ei in vestimento
suo. et reversus habebat illum in cella sua; et
cum nimis fetere. ponebat illos fetores ante
se. et improperans cogitationi suae dicebat.
ecce desiderium quod querebas. saciare ex eo.
Et ita in huiusmodi fetore castigabat semet
ipsum donec moreretur concupiscencia eius.
Venit quidam in scitu aliquando ut fieret mo